



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 16. De primo Christi miraculo in nuptijs facto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59636)

MEDITATIO XVI.  
DE PRIMO CHRISTI  
MIRACULO IN NVPTIIS FACTO.  
PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *In iuitatu fuit Christus cum discipulis suis ad nuptias; eratque ibi Mater eius.* Ioan. 2.
- II. *Deficiente vino Mater eum monuit: Vinum non habent: simulq; ministris præcepit: Quodcunq; dixerit facite.*
- III. *Aquam in Vinum Dominus conuertit; & crediderunt in eum discipuli eius.*

F I G V R AE.

DEVS primas nuptias instituit in pa- Gen. 2.  
radiso terrestri, in quibus post crea-  
tionem vniuersi primum miraculum fe-  
cit, conuertendo costam Adami in mu-  
lierem, quam ipsi Adamo tradidit in  
Sponsam.

DOCVMENTA.

- I. *SI B. Virgo tam est misericors, & tam prō-  
pta ad subleuandam alienam inopiam,  
ut antequam rogaretur, nec vrgente ad-*  
C 3 huc

Sem-  
n ad  
tien-  
ipulis  
strinæ  
enite,  
n ma-  
, ne-  
ntum  
ientiæ  
antur,  
expe-  
uit Si-  
m ad-  
nt, qui  
m non  
ere ad  
eos ad  
perfe-  
tur eos  
posito

do eras  
& for-  
uoties  
spectu  
licatu  
i debet  
ria sua  
remu-  
nes, &  
uando

EDI-

huc vlla necessitate præoccupauerit precibus  
Filiū pro vni defectu: quanta fiducia freti  
esse debemus de certo ab ea auxilio in nostris  
necessitatibus spiritualibus obtainendo, si in  
orationibus nostris deuotè ad eā refugiamus?

2. In nuptijs Sanctorum, in quibus Christus  
cum castissima matre sua inuenitur, deficit vi-  
num, vt indicetur, ijs in nuptijs minimè in-  
veniri Christum & sanctissimam eius matrē,  
vbi non deficit, sed abundat vinum inordina-  
ta latitiæ, & illecebrarum carnalium, quæ  
animas inebriant, & obliuionē Dei inducunt.

3. Christus matri miraculum petenti du-  
xum respōsum dedit, indicans in rebus ad cul-  
tum diuinum, & gloriam Dei spectantibus nō  
esse ducendam Patris & matris rationem, ne-  
que plus debere nos esse de parentibus nostris  
sollicitos, quam patiatur status nostræ profes-  
sionis.

4. B. Virgo, responso duro non deterrita,  
ministris commendat, vt facerent quicquid  
Christus illis imperasset, vnde discimus diui-  
næ benigitati nunquā diffidendum. Et quā-  
mis dū in precibus aliquid ab eo postulamus,  
videatur nobis respondere durius, nec annue-  
re statim postulatis, tamen eum B. Virgine de-  
bemus bene sperare, & cum fiducia eius mis-  
ericordiam expectare.

5. Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, Ca-  
na, interpretatur, zelus, & significat feruorem  
caritatis. Galilæa interpretatur transmigra-  
tio, & transitus. Illi ergo digni sunt, vt assi-  
deant Christo in nuptijs, qui diuini amoris  
zelo; & caritatis ardore flagrâtes, abiectis ma-  
lis operibus; à vitijs ad virtutes, à statu culpæ  
ad gratiam, ab amore rerum terrenarum ad  
desiderium cœlestium transmigrarunt.

6. Ad

6. Ad B. Virginis preces hydriæ impletæ sunt aqua, quam postea Dominus conuertit in vinum. O quoties clementissima Dei mater compatiens peccatorum miserię precibus suis impetrat, ut dura eorum corda impleantur amarissimis contritionis lachrymis, quas postea Dominus, sublata culpa, & collata gratia, in suauissimum caritatis, diuinaramque consolationis vinum conuertit!

7. *Omnis homo, inquit sponsus, primum bonum vinum ponit, deinde quod deterius est.* Hic mundus defraudator, est peruersus ille hospes, qui suis amatoribus initio præbet bonum vinum, dum eis omnes huius vitæ voluptates, amores & delicias exhibet, quæ tandem terminantur in æternam amaritudinem, sicut scriptum est. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Contra, Christus est, qui bonum vinum reseruat in finem. Nam in hac vita seruis suis immittit multas afflictiones & tribulationes secundum illud, *Arcta est via qua dicit ad vitam, gaudia vero & consolaciones reseruat in alteram, ubi illis perfueruntur in æternum.*



## MEDITATIO XVII. DE FVGATIS E TEM-

PLO NEGOTIATORIBVS.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

I. *Eiecit de templo vendentes & ementes: factio de funiculis flagello.* Iohn. 2.

C 4 II. Num-